retur: non qui celo iacit diuina inexpugnabilis. Sic ab
hiis qui templa diruunt et simulacra conterunt nichil
nocetur diuinitati. ita quicquid contra sapientem fit frustra
temptatur. Iniuria ei alicui mali paratura est. Nul
lum autem malum pati sapiens potest. Omnis autem iniuria di
minutio est alicuius mali in quem incurrit. Sapiens
autem nichil perdere potest. omnia sua in se habet cum capta ci
uitate sua. Stilpon philosophus omnia perdidisset interrogatus
a tiranno quid perdidisset. nichil inquit. Omnia enim mea
mecum sunt. cum tamen filios et patrimonium perdidisset.
Non tamen minus est nocens qui facit iniuriam. Omnia
scelera autem effectum operis quantum culpe satis est perfecta
sunt. Non minus est homicida cuius iaculum opposito
clipeo elusum est. Sic ergo diuina non leduntur nec
iniuriam desiderant. ita sapienti nec prodesse potest
aliquis nec nocere. Sapiens similis est deo inmortali
tate excepta. Ad superna sapiens nitens et pergens
excelsa ordinata intrepida equali et concordi cum
suo fluentia secura benigna sibi et aliis salutaria
nichil mortale concupiscat. nichil flebit. si ipsi in iu
riis per humanos casus diuino incedit animo. Si
mortem ultra quam irate leges ac seuissimi do

Sapienti nichil eripi pot(est).

no(ta)